AMANN

DE CORIPPO PRIORUM POETARUM LATINORUM IMITATORE

RICCARDO FOERSTER

SACRUM.

DE CORIPPO

PRIORUM POETARUM LATINORUM IMITATORE.

DISSERTATIO PHILOLOGA INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA KILIENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

RUDOLFUS AMANN

OLDENBURGENSIS.

OLDENBURGI.

EX OFFICINA GERHARDI STALLING.

MDCCCLXXXV.

Imprimatur:

A. **Stimming**, h. t. decanus.

Poetae inferioris etiam Latinitatis lectione studioque digni mihi videntur, primum propter ea quae de suis aut suae aetatis factis moribus studiis memoriae prodiderunt, deinde propter verborum copiam formas structuras adhibitas, denique hanc ob rem, quod illi omnes fere e superiorum vatum numero suum quisque vel suos sibi delegerunt quorum exemplo in versibus pangendis uterentur. Ac primum illam ob causam historicis nec non omnibus antiquitatis studiosis diligenter eos legendos esse per se patet: ob alteram ab eis qui linguae Latinae naturam penitus cognoscere student ne illos quidem neglegi quam necesse sit, grammatici nostris demum temporibus intellexerunt[1]): ob tertiam denique quicunque melioribus optimisve poetis Romanae floribus delectantur, his praesidia haud spernenda fieri possunt cum ad artem criticam — ut Martini Hertz fere verbis[2]) utar — in illis dignis carminibus exercendam[3]), tum ad singulorum quos adamant libellorum per posteriorem aetatem fata cognoscenda. Quibus rebus commotus in Corippum poetam Africanum Iustiniani imperatoris aequalem, quoniam et in rebus quae versibus eius seu enarrantur seu obiter memorantur accurate interpretandis explicandisque et sermonis proprietatibus colligendis atque illustrandis inde a primis editoribus cum alii viri docti tum nostris temporibus Partschius elaboraverunt, ipse ita inquirere mihi proposui, ut quantum e quoque priorum poetarum ille penderet dispicerem. Ad quam quaestionem eo magis hac ipsa re allectus sum, quod nullum Corippus ipse, si Vergilius eximitur, auctorem Romanorum nominatim affert, quem ab eo non lectitatum modo, sed fortasse etiam imitando expressum esse arbitreris.

Iam priusquam ipsam rem aggrediar, pauca habeo quae de huiusmodi quaestionibus in universum dicam. Primum uno alterove inter binos poetas consensu non concludendum esse alterum alterius carmina cognita habuisse, nedum de industria imitatum esse apparet. Porro si id agitur, ut unius poetae cuiusdam imitatio investigetur, neglegendae omnino sunt quaecunque cum sententiae tum locutiones inter plures poetas communes et quasi bona publica facta sunt: eae enim ad rationem inter duo quaedam certa carmina statuendam nihil valent. Velut neque quintam Ovidii epistulam Corippo notam fuisse communi mille navium a Graecis ad bellum Troicum comparatarum mentione comprobatur, neque ad quandam Corippi cum secunda epistula similitatem affirmandam ea re uti licet, quod de Charybdi Cor. Ioh. I 218 sq. et Ov. l. l. 125 simillima verba '(re)sorbendi undas'

---

[1]) cf. Buecheler 'Philol. Kritik' p. 16: 'Wir brauchen die Geschichte jedes Wortes . . .; wir brauchen eine genaue Statistik und Geschichte aller Konstruktionsverhältnisse und stilistischen Erscheinungen', et Woelfflini praef. ad Archiv. Lexicogr. Lat. I.

[2]) v. M. Hertz. Anal. ad carm. Horat. histor. I p. 5.

[3]) haud sine ratione scilicet et consilio, ne leepiorum animos incitemus; v. quae vir doctus de Claudiano optime meritus monuit ad Claudian. II p. CXLVI. sq.

e. 'Terrarum dominos (-um, -o)' incipiunt? quid si etiam Mart. I 4, 2 et VIII 2, 6, ...

e. 'revocandi' leguntur: nam eaedem res eisdem fere verbis ab aliis poetis haud paucis memorantur. In his atque talibus certam imitationem statui elucet non posse, nisi manifestiora signa accedunt. An quidquam profecit Luchrii ratio, qui ex Horatio Ovidio Lucano Statio versus collegit[1]) eisdem verbis 'Terrarum dominos (-um, -o)' incipiunt? quid si etiam Mart. I 4, 2 et VIII 2, 6, Laud. Iust. II 327 idem initium occurrit? Hi loci utrum omnes ad Horati illud exemplum, quod quidem tempore primum fuit, revocandi sint an e. g. Statianus ex Ovidio vel Lucano, Corippeus autem aut ex uno de tribus his aut e Martiali deducendus, equidem non diiudicarim. Eiusmodi locutiones Corippo cum multis communes, ne singulae postea nos morentur, iam in unum conspectum cogere iuvat, omissis scilicet usitatissimis. Ac primo ordine ingrediantur quae in initiis versuum collocari solent: 'Mentis inops, Ingredior, Dixerat et, Est locus, Tempus adest, Vere novo, Dic age, Quisquis is est, Ast ubi, Mille ... species'. Sequantur exempla ex ingenti numero earum locutionum quae in fine hexametri suam sedem habent: 'pectora palmis |, ore sereno |, margine ... |, cornua tauri |, sidera caeli (-o) |, sidere (-a) cancri |, compage solutus |, voce locutus |, nec plura locutus |, nec plura moratus |, nec plura querentem |, comitatus euntem |, limina templi |, limina portae |, clamosi (-o) ... circi (-o) |, iuvenesque senesque |[2]), naribus efflant (efflabant) |, moenia Romae |, corniger Ammon |, aestuat unda |, ebibunt (bibit) |' praeterea fluvii nomine 'Stygias (-is) ◡◡ — ◡◡ umbras (-is) |, caelo (-i) ... sereno (-i) |'; praeterea ... — ◡ . Denique certo versus loco carentia: 'fortia facta, laeva(m) dextra(m)que, ... noctesque diesque, pater omnipotens' et nomina cum epithetis quae appellantur ornantia ... coniuncta: 'fortis Achilles, saevus Achilles, pater Aeneas, puer .. Iulus, glauca .. oliva, curvae .. carinae, acer equus, lanigeri .. greges'. Sententiae vulgares non ita frequentes in Corippo velut haec: 'Audentes fors prima iuvat' (Ioh. VI 711, cf. I 561), cui similem iam Ennius pronuntiavit Annal. 262 Vahl.: 'Fortibus est fortuna viris data'. — Res inde a Catullo poetis usitatissima, ut aliquis lacrimans significanter describatur, ne a Corippi quidem carminibus abest.

Iam his missis (quae quam mire per totam Romanorum poesin a primis epici generis rudimentis usque ad medii aevi versificationes quasi continua quadam hereditate conservata sint, clarissime Zingerlius ostendit[3])) hoc potius quaeramus, quaenam peculiaris ratio inter Corippi ac priorum poetarum carmina intercedat. Qua in re nescio an optime ita agamus, ut splendidam poetarum ... temporis quo quisque floruerit ordinem secuti percenseamus et, quantum unicuique eorum debere videatur Corippus, statuamus. Sed temporis angustiis inclusus et veteris comoediae tragoediaeque genus et e tertii quarti quinti p. Chr. n. saeculorum poetis nonnullos ab hac quaestione removere constitui.

Atque ordiamur, ut par est, ab Ennio 'patre'. Cf. quaeso hos locos:

[4]) Ann. 311 Vahl.: Africa terribili tremit horrida terra tumultu	Ioh. II 172 Partsch: fervet trepido tunc terra tumultu | et 215 ingenti terra tumultu | (agitur autem de Africa).

---

[1]) Luchrius 'de Statio in 'silvis' priorum poetar. Rom. imitatore' p. 9.

[2]) adde 'matresque nurusque |, colla catenis |'.

[3]) in libris 'Zu spät. lat. Dichtern' et 'Ovid. u. sein Verhältnis zu den Vorgängern etc.'

[4]) Per totum hunc libellum locos inter se comparandos ita excribam, ut dextra Corippi versus, sinistra eius poetae quem imitatus videtur collocem. Sigillis utar hisce: magna vocabuli primi littera ineuntem, parva medium, lineola | exeuntem versum indicabo.

Cor., quanquam utroque loco, ut iam Mazzuchellius vidit, Vergili meminisse videtur, qui quidem Aen. VIII 4 sq. ait 'tumultu | . . trepido' et ib. XI 447 'ingenti . . tum. | ', tamen quin Ennianum quoque versum memoria tenuerit, dubitari non potest, quod de eiusdem terrae eodem statu eisdem verbis loquitur. — Porro cf.:

epigr. 4:	Iust. III 129:
volito vivos per ora virum; et Verg. Georg III 9 virum volitare per ora |	vivum . . per ora fatentur | . . esse divum imperatorem.

Levioris momenti sunt similitudines ceterae:

Ann. 476:	Ioh. I 208:
Labitur . . carina per aequora . . (cf. 379)	Labitur . . classis . . per aequor . .

quibuscum cf.: (Verg.) Cir. 160: Labitur interea classis.

Iterum ambos locos imitator ante oculos habuisse videtur.

Ann. 288 V. (= 315 M.).	Ioh. IV 699 sqq.
Densantur campis tela virorum | et Verg. Aen. XI 650: hastilia denset |	Obvia con . . s densantur tela sagittis | . . hastilibus aer | :

rursus, ut videtur, duplicis imitationis exemplum habemus. — Difficilius est cognitu, utrum ad Ennium an ad Vergilium an ad Lucretium poeta se applicet, cum dicit Ioh. II 397 sq.: 'Funde pecus . ., | Balantum compone greges', et ib. 174 sq.: '. . dum per prata balatus | Consonat . .', quibuscum cf. | Enn. Ann. 192 'Balantum pecudes . . .', Verg. Ge. I 272 'Balantumque greges' (cf. Aen. VII 538), Lucr. II 369 'Balantum pecudes'. — Superioribus illis exemplis elucet duos certe versus Ennianos a Corippo imitando expressos esse. Fueruntne ergo Corippo ipsi libri Enniani in manibus? Id nemo crediderit[1]), qui norit illud Macrobi (Sat. VI 9, 9): 'quia saeculum nostrum ab Ennio et omni bibliotheca vetere descivit . . .' Immo Cor. apud Ciceronem[2]), cuius in operibus haud rudem multis locis se praebet (cf. Mazzucch. ad Cor. Ioh. II 350, IV 24, 95, 104, 166, 341, 619 al. mult.), illos versus legerat.

In Lucili carminum reliquiis nihil inesse, quod Corippus in usum suum recepisse videatur, nemo mirabitur, tantum argumenta Lucili distant ab epico poeta saeculi p. Chr. n. sexti.

Neque quidquam e Varronis Menippeis noster imitatus est, quippe quae nec argumentis nec metris eum ad imitandum invitarent.

Contra a Ciceronis Arateis poeta Africanus nonnullis locis pendet. Cf.:

Arat.	Ioh.
100 flamina venti | , 198 flamine ventus |	IV 833 flamine ventus |
111 foliorum tegmine frustra |	VIII 517 foliorum tegmine ramos |
205 tenui caligans vestiet umbra |	VI 180 vera canens caligine vestit |
451 Eripit ec tenebris . .	IV 1170 tenebris | Eripuit = VII 158.

Alia exempla minus certa omitto.

Jam ad Lucretianam imitationem nos vertamus. Praetermitto eos locos, de quibus dubitatio existere non potest. Et Lucretius IV 451 sqq. (Bernays.) et Corippus Ioh. II 450 sqq. de eis loquuntur, quae homines per somnia cernere sibi videntur. Cf.:

---

[1]) Hoc R. Foerster me monuit.

[2]) ep. ad fam. IX 7, 2 et Tusc. I 15, 34.

Lucr.	Ioh.
451 Denique cum suavi devinxit membra sopore | Somnus et in summa corpus iacet omne quiete, | Tum vigilare tamen nobis et membra movere | . . . 456 montis | 457 Mutare et campos pedibus transire videmur | 459 At reddere dicta tacentes | . 460 miracula multa videmus, | Quae violare fidem quasi sensibus omnia quaerunt | Nequiquam, quoniam pars horum maxima fallit | Propter opinatus animi . . 474 falsi, 479 falsa | .	450 Dum vigilant . . 455 Miles ut in tenero laxavit membra sopore | (cf. III 2 per membra soporem |), 456 Rore novo . . madidis mox irruit alis | Somnus. 458 de montibus . . 459 Corpore dormit . ., animo tamen . . laborat | . 462 dividitur sensuque manuque | . 463 bellare videtur | Ipse sibi . 467 Vultque movere manus . ., languescunt fessa sopore | Membra . . 470 viri referentes proelia . . 475 tot s . . currere campis | 476 frustra . . 487 falsa.

Ad Lucr. III 451—469, ubi animum una cum corpore dolere, deficere, perire docemur, noster Ioh. I 27 sqq. respicit, ubi quam misere Africa provincia a barbaris direpta pereat describit. Cf.:

Lucr.[1]:	Ioh.:
466 nutuque cadenti | 458 fessa 469 lacrimis 454 Omnia 460 durumque dolorem | 461 luctumque metumque ; 456 ceu fumus 452 Corpus, et ceciderunt . . artus 454 uno tempore	27 nutabat fessa periclo | (cf. 33 fessis) 37 lacrimis 30 Omnia 46 miseros dolores | 42 Luctus . . sonat, terror tristisque per omnes It metus, et duris . . . . 47 fumans Africa 36 Corpora caesa 41 casu in uno

(Ad Ioh. 43 cf. Verg. Aen. VIII 557: It timor).

Ecce duo quaedam ampliora exempla imitationis, non quidem servilis illius, qua poeta poetae versus repetit, verum liberioris cuiusdam ac tectioris, quam non omni arte carere concedendum est.

Adicio conspectum reliquorum imitationis Lucretianae testimoniorum.

Lucr.:	Ioh.:
I 17 per maria 18 camposque virentis |	II 199 in mare 202 hortosque virentes |
19 Omnibus incutiens . . blandum per pectora amorem |	VI 280 . . sic pectora rumor | 281 Nominis incutiens . . virtute Iohannis |, et IV 54 blandis nutantia pectora verbis | Impellens;

quos locos ubi vinculo quodam inter se cohaerere tibi persuaseris, ne de his quidem vicinis dubitabis:

I 12 Aëriae . . volucres 15 Et rapidos tranant amnis . . 16 quo quamque inducere pergis |	VI 288 Aëra . . tranat suspensa volucris. | 269 Pergit in australem ductor . . axem |
118 ex Helicone . . fronde coronam |	Iust. IV 207 ex fronde coronis |
229 pabula praebens | 230 . . fontes, cf. II 996 Pabula cum praebet 997 dulcem . . vitam	Anast. 23 tu pabula praebes, | 24 Fons mihi lucis aquas
333 exordia rerum | 334 Qualia sint et quam longe distantia formis, | 335 quam sint variata figuris	Iust. II 20 [deus] formavit varias habitu distante figuras | [2])
342 genus humanum mutaeque . . 343 Squamigerum pecudes . . feraeque | 344 Et variae volucres, . . quae loca aquarum | 345 Concelebrant circum ripas	Ioh. VIII 281 . . aquis . . quietem | Accipit omne genus . . 284 Somnus habebat . . pecudes variasque volucres | 285 Horribilesque feras gelidosque in litore pisces | .

---

[1]) Longum est locos inter se similes satis plenosque afferre: plerumque sufficient vocabula utriusque poetae seu eadem seu similem sententiam efficientia.

[2]) Quanquam multis locis non solum Lucretii et Corippi, sed etiam aliorum poetarum legi 'variare (-fa) figuras \|' (cf. Lucr. II 491, 494, Catull. 64, 50, Manil. astr. V 284 al.) seu 'variae . . figurae \|' (Cor. Ioh. II 454, IV 57) et saepius in Lucretio etiam elocutionem inveniri 'distantia . . formis \|' (e. g. II 497) non sum nescius, tamen, cum ambas illas dictiones commutatas alibi non reppererim, iure Cor. Iust. II 20 cum Lucr. II 333 sqq. comparasse mihi videor.

In libris tertio et quarto carminis Lucretiani praeter illa gravissima exempla, de quibus ante dictum est, nihil investigavi, quod Corippum in usum suum vertisse pro certo affirmarem. Nec multa in quinto et sexto:

V 26 . . quid Cretae taurus . . | posset . .? 28 Quidve . . vis Geryonai | 29 Et Diomedis equi? (cf. Anth. Lat. 431, 6 R. in versu pentametro: aut Diomedis equos |)	Ioh. praef. 7 . . quis nosset Achillem |, 8 Hectora quis fortem, quis Diomedis equos? | (vs. 8 est pentameter).
96 machina mundi |	= Ioh. I 291.
405 ut veteres Graium cecinere poetae | (cf. VI 751)	Ioh. I [illegible] Ut veteres aiunt gentili carmine vates |
VI 590 cum civibus urbes |	Ioh. I 334, al: cum civibus urbes |

cf. ib. 138 'exhausit civibus urbes \|', quam clausulam et Statius [Silv. III 5, 73] et Orestis tragoediae auctor [388] repetiverunt.

Itaque videmus poetam nostrum Christianum carmen veteris philosophi, cuius doctrina impia ac multis ex partibus prava ab eo iudicaretur, tamen adeo cognovisse, ut inde aliquam copiam elocutionum in sua carmina transferret: quominus largius e Lucretio hauriret, sermonis ac linguae antiquitas obstitit.[1])

Et nescio an plura illi debeat Corippus, quam supra in medium protuli: quoniam enim poetas qui Augusti temporibus floruerunt in carminibus suis a Lucreti ratione sententiis verbis pendere constat (postquam multi contenderunt, Zingerlius ostendit), quid mirum, si in Corippi versibus occurrunt quae et ei et Lucretio communia sunt cum aliis? Quae ne ad certum fontem reducamus cavendum est: sed, ne quid desideretur, hic subiungantur quae mihi praesto sunt exempla.

Lucr. I 67 obsistere contra |, Verg. Aen. XI 873 sistere contra |	Ioh. II 229, [illegible] 207, al: nec sistere contra |
69 Murmure (-ra) compressit = Ov. Met. I 206	= Ioh. VI [illegible]
163 genus omne ferarum | = V 1338, Verg. Ge. III 242 al.	Ioh. II 19 s. ferarum | Omne genus [2])
276 sqq: saevitque minaci murmure ventus | . . nubila caeli | Verrunt (293 Impetibus crebris)	Ioh. II 216 sq: Sic ubi compellunt currentia nubila venti, | M[illegible]re cum valido, tot crebris ignibus

[Similia apud Verg. et Ovid.]

II 144 sqq: Primum Aurora novo cum spargit lumine terras | Et variae volucres nemora avia pervolitantes | Aëra per tenerum . . Quam subito soleat sol ortus . . | Convestire sua perfundens omnia luce | . . 152 undas | . .	Ioh. IV 256 sqq. Caerula sulcabat dirumpens luce corusca | Phoebus et errantes radios per nubila vibrans | Lum[illegible] . . spargebat lampadis undis | . . . Iamque duces variis turbantes vocibus agmen | . .

[Similes orientis lucis descriptiones apud omnes fere epicos]

194 sq: sanguis | Emicat exultans alte spargitque cruorem | Ov. Met. IV 121 cruor emicat alte |	Ioh. VI 727 cruor emicat alte | Spumeus . . | Mille modis fervens spargebat . .

[Imitatorem Ovidiani potius quam Lucretiani loci memorem fuisse veri simile est et verborum 'cruor em. alte' pari positione et verborum quae his antecedunt similitudine, cf.:

Met. IV 121 Ut iacuit resupinus humo	Ioh. VI 726 Sa[illegible]ius ille iacet casu confractus equino |]. —
Lucr. II 384 caelestem fulminis ignem | Verg. Ae. X 177 fulminis ignes |	Ioh. VI 289 sq. . . fulminis ignis | . . margine caeli | .

---

[1]) Praeclarissimum locum, ubi Lucretius de pestilentiae terroribus canit, noster in usum suum non convertit, occasione data Ioh. I 30 sqq.

[2]) Post Friedlaenderum de hac clausula nuper dixit C. Weyman in Archivi Lexic. Lat. I 591.

{ III 304 suffundens caecae caliginis umbra |, Ov. Met. IV 455 inter caliginis umbras |	Ioh. I 257 taetrae caliginis umbra |
IV 904 per membra quietem = Ae. I 691	= Ioh. VIII 281.

Denique nonnullos affero locos, quorum num alter ab altero pendeat propter vulgarem sensum dubitari potest.

Lucr.	Ioh.
141 = III 997 adducere laborem (-es) |	= IV 613, VII 399
489 caelum, 490 Clamor it ac voces (cf. Verg. Ae. V 451 It clamor caelo	VI 606 Clamor it alta petens = VIII 349.
586 agmine condenso	IV 295 condenso [Partschius: condensus] in agmine miles
II 606 cinxere corona |	= VII 114.

Pergimus ad C a t u l l u m. Is sine dubio maximus est carminibus lyricis: sed horum apud Corippum memoriam ecquis expectabit, cum et argumento et metri varietate a nostri operibus quam longissime distent? Et profecto lyrici Catulli, quantum video, rationem nullam habuit. Neque ex elegiis poetae Veronensis aut e poematiis elegiaco metro compositis quidquam mutuatus est. Relinquitur ut de epicis Catulli carminibus quaeramus. Quorum alterum, nuptiale illud, Corippus se novisse nulla aut voce aut sententia prodit: alterum, quod epithalamium Pelei et Thetidos inscribitur (c. LXIV), ei non ignotum fuisse manifesto apparet ex hisce locis inter se comparatis:

Cat. LXIV 110 sqq.	Ioh. IV 606 sqq.
Sic domito saevum (sc. Minotaurum) prostravit corpore Theseus, | Nequidquam vanis iactantem **c o r n u a** ventis. Inde pedem victor multa cum laude reflexit, | **Errabunda regens tenui vestigia filo:** | **N e l a b y r i n t h e i s e f l e x i b u s egredientem** | **Tecti frustraretur inobservabilis error.** |	610 Aegides .. pectus tunc ipse biforme | Ense ferit misti generis. Vomit ille cruorem | Et ruit obscurae confringens **c o r n u a** terrae: | 608 Distorquens [Aegides] errore vias, quas callidus arte | Invenit, tento revocans **vestigia filo** | 606 **N o n l a b y r i n t h e i s** Minoia cura latebris | **F l e x e r a t** ancipites tantis anfractibus orbes | (608 errore).

Ecce non solum argumenti, sed etiam verborum consensus. — In certamine autem Thesei cum Minotauro describendo Corippus magis Vergili vestigia sequitur, qui quidem et ipse Catullum aperte imitatus est[1]): e Vergilio enim sumpsit noster verba 'misti generis, biforme, Minoia' (v. Ae. VI 25: mixtumque genus prolisque biformis \|, et 14: Minoia regna \|); etiam vocabulo 'error' Maro usus est v. 27. — Atque hoc ipso verbo 'error' ad tertium poetam deducimur ad quem noster praeter Catullum Vergiliumque loco illo spectavisse videtur. Apud Ovidium enim, qui Met. VIII 152 sqq. candem rem narrat, in nonnullis Catulli[2]) ut videtur vestigiis insistens, plura suo Marte novans,[3]) et v. 167 verba 'errore vias' eodem hexametri loco quo apud Corippum leguntur, et v. 173 verba 'filo est inventa relecto' similia sunt illis 'invenit .. filo', et v. 174 nomen 'Aegides' recurrit. — Habemus igitur exemplum, quo Corippi ratio imitandi mire illustretur: tres trium poetarum clarissimorum quodammodo similes locos uno tempore ita est imitatus, ut quae ei quoque sibi placerent vel idonea viderentur in suum usum transferret.

1) Cf. Ae. VI 20 sq. cum Cat. l. l. 76 sqq., Ae. ib. 27 cum Cat. 115, Ae. 30 cum Cat. 113.

2) Cf. v. 171 'domuit' cum Cat. 110 'domito . . corpore', v. 160 sq. cum Cat. 1[illegible]

3) In quibus clarissima labyrinthi cum Maeandro flumine comparatio v. 162 sqq.

Quoniam autem unum documentum protulimus quo Corippi cum epithalamio Pelei et Thetidos familiaritas quaedam comprobatur, fortasse licebit alium locum ad eundem — praeter alios — fontem reducere. Cf.:

Cat. ib. 12 sq.	Ioh. I 168 sqq.
Quae simulac rostro ventosum **proscidit aequor,** | Tortaque remigio spumis incanuit unda. |	aeratis aequora proris | Proscindunt celeres, sulcantur marmora rostris, | Spumea sub longis immurmurat unda carinis. |

Maximi momenti est dictio 'proscindere aequora', quae apud nullum alium poetam, quantum scio, obviam it nisi apud Vergilium Ge. I 97 ('proscisso .. aequore'), quem locum Corippo ante mentem obversatum esse vix est credibile, cum illic sermo sit de agricola humum sulcante. — At eiusdem Maronis alium vel alios locos noster hic respicere videtur praeter Catullum. Dico Ae. IX 119 sqq.: 'Delphinumque modo demersis aequora rostris [illegible] petunt .. Quot prius aeratae steterunt ad litora prorae | ' et ib. X 212: 'Spumea semifero sub pectore murmurat unda | ' (cf. tamen Ov. Met. XI 567 'ipsisque immurmurat undis | ' [illegible] incerti auctoris ad Oceanum carm. v. 24 (Poet. Lat. min. rec. Baehr. III 24) 'Et sulcante viam rostro submurmurat unda | ' et alios locos).

Dubia exempla haec sunt: Cat. Epith. 78 = Iust. IV 330 'Electi iuvenes' in capite versuum collocata (cf. Ep. 4 = Ae. V 729 = Iust. II 138 'Electi iuvenes'), Ep. 263 sq.: 'Multi raucisonos efflebant cornua bombos | Barbaraque horribili stridebat tibia cantu | ' = Ioh. IV 676 'Proelia raucisono cecinerunt cornua cantu | ' atque VIII 16 [illegible] rauco stridentia cantu | ', quorum similia etiam Ov. Met. VIII 287, Lucr. II 619 = V 1081, [illegible] VIII 2 leguntur; denique ob argumenti similitudinem fortasse comparari possunt Ep. 394 sqq. [illegible] Ioh. III 347 sqq., desunt tamen verborum consensus, nisi quod vox 'letifer' et hic et illic in[illegible]atur (at videtur imitator dictionem 'letifer annus | ' potius e Verg. Ae. III 139 petivisse).

Sed utut de his locis iudicabitur, ad nostram quaestionem priora illa argumenta sufficiunt. Itaque eam disputationem, quam Birtius nuper instituit cum in libro doctissimo quem inscripsit 'Das antike Buchwesen' p. 408 n. de Catulli apud posteros memoria sagaciter disserit, pro nostra parte provexisse nobis videmur. Nam cum Birtius [illegible]mum fere eorum veterum auctorum qui Catullum legissent Sidonium Apollinarem fuisse arbitretur, [illegible]s demonstravimus Corippum, qui quidem toto fere saeculo post Apollinarem fuit, ad unius certe carminis epithalamii locum se applicavisse. Reliqua quoque poemata num legerit integrumque librum Catullianum in manibus habuerit, in medio relinquitur: imitatus certe, quantum scio, nihil usquam est nisi epithalami illos quos tractavi locos. Et hoc carmen conicere licet etiam Corippi temporibus in scholis lectitatum esse ob castitatem et perspicuitatem.

E Vergili bucolicis multos locos Mazzucchellius ad Corippi Ioh. attulit, quorum tamen in numero paucissima sunt imitationis exempla. Pro manifestis testimoniis habenda sunt haec:

ecl. 8, 10[illegible]: rivoque fluenti.	= Ioh. VII 338.
ecl. 10, 42: Hic gelidi (-os) fontes.	= „ II 285.
ib. 64 labores | , 68 sub sidere cancri. | 69 Omnia vincit Amor.	„ VI 271 laborant | 270 sub sidere cancri. | 272 Africus | Omnia exiccat rura.

(Etsi enim clausula 'sub sidere cancri | ' apud alios quoque poetas extat [e. g. apud Manilium, in incerti carm. de ave Phoen. 125], totus locus Corrippeus exemplum redolet Vergilianum illud).

Accedunt documenta imitationis minus certa:

ecl. 1, 68 congestum cespite culmen |	Ioh. II 16 congesto culmine cannas |
ecl. 3, 84 Polio amat nostram, quamvis est rustica, Musam. | Apollin. Sid. 4, 6: Caelum pro terris rustica Musa dedit (sc. Vergilio) |	Ioh. praef. 28: Musa est rustica namque mea | .
ecl. 5, 28 montesque feri	Ioh. IV 40 feris . . de montibus
ecl. 8, 108 Credimus? an . . sibi somnia fingunt? | (cf. Lucr. I 104 sq.) = Auson. epist. 24, 132	Iust. I 57 Haec ne vana putes aut credas somnia fingi | (cf. III 324)

Georgicorum imitatio post Mazzucchellium nullam habet dubitationem. Sed tamen nova studia desideravit, cum ille v. d. gravissimorum ipsorum exemplorum non totum ambitum patefecerit. Quod vero permagnam Corippi cum divino illo opere familiaritatem perspexi, non iam, ut consuevi, caute a certis vestigiis incerta distinguere, sed omnia uno ordine praebere constitui, cum in exemplis eiusmodi, quae per se dubia sint, si de vicinis versibus imitatio ostendatur, aliquantum dubitationis tolli appareat. Quamobrem universa exempla uno conspectu ita exscribam, ut minus certa uncis includam.

Ge. I	Cor.
(18 Adsis, o Tegeaee, favens	Iust. I 301 Aspice, sancte, favens)
(37 tam dira cupido |	Ioh. 295 haec sola cupido |)
(64 Pingue solum	Iust. IV 223 pinguisque soli |)
(79 facilis labor	= Ioh. VI 473)
105 harenae | , 106 fluvium inducit rivosque 108 undam | 114 umorem bibula deducit harena (qui locus ipse confictus est ad exemplar Lucr. II 376 undis | Litoris incurvi bibulam pavit aequor harenam |)	Iust. I 126 undas | 128 Et clausi bibula rivi minuantur harena | , ib. IV 168 undas | Et bibat aut bibulis rivos inducat harenis |
111 ne gravidis procumbat culmus aristis | 114 harena |	ib. 316 arvis | 317 stringeret hordea culmo | 319 gravidam Ioh. II 72 gravidis . . culmis | 73 nutrit perstringens hordea terrae | 79 arvis |
132 rivi, 133 artes, 138 laqueis captare feras et fallere visco |	Ioh. VIII 656 rivi, 655 venator, aves visco qui fallit et arte |
(142 = Ae. V 508 Alta petens	Ioh. VI 605 alta petens)
244 Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis | in morem fluminis . . 249 Aut redit a nobis Aurora . . 250 Nosque ubi . . equis . . adflavit anhelis |	ib. 753 locus . . | Fluminis in morem pelagi quem margine fluctus | Alluit 758 Huc ubi pervenit. . . equus horruit 759 Et pavidus . . redit, tunc naribus adflans |
264 Exacuunt . . vallos furcasque bicornes |	IV 617 furcasque bicornes | Exacuitque
(273 tardi . . aselli |	IV 1135 tardos. . . asellos |)
(377 circumvolitavit hirundo |	VIII 9 hirundo | 10 circumvolitat)
(388 plena . . vocat . . voce |	III 53 plena sic voce locutus |)
394 certis poteris cognoscere signis | IV 253 non dubiis poteris c. s. |	II 433 nullisque modis cognoscere signa | 487 Tunc valuit (cf. IV 168)
I 412 dulcedine laeti | (= IV 55), imbribus actis | dulcis . . revisere nidos | (cf. IV 307 nidum suspendat hirundo |) 416 rerum . . prudentia 420 Vertuntur species animorum, et pectora motus | Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat, | Concipiunt.	II 25 dulcedine Musam | 22 Imbribus 15 dulces suspendere nidos | 20 et ipse suis artatur motibus aër, | Eripitur crebris facies certissima rerum | Imbribus 18 tellus . . | Nube latet

145 densa inter nubila 148 Heu, male tum [illegible]nitis defendet pampinus uvas. | Tam multa . . salit horrida grando | 459 nimbis |	Ae. IX 671 cava nubila . . | 669 quam multa grandinis nimbi | 666 Sternitur omne solum	VIII 516 densior [illegible] nubila nimbos | Grandinis 515 [illegible] alta seges, viridis nec [illegible] uvas | Vindicat ipse suas [illegible] nec . . | Defendit . . 518 Horrida tum, cf. 510 horrida

172 Vidimus . . Aetnam | Flammarumque globos . . volvere	IV 213 video iam Tartara fundo | Flammarumque globos . . volvi |
481 Proluit . . | camposque . ., et Ae. II 277 concretos sanguine crines |	III 140 Proluit . . nostro concretos sanguine campos |
489 Ergo . . paribus concurrere telis | Romanas acies iterum videre Philippi. | Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro | Emathiam et latos Haemi pinguescere campos. 504 triumphos | 510 ruptis . . legibus 511 Mars impius	ib. 311 Hunc Membressa suis vidit concurrere campis. (et IV 165 pariter concurrere telis = VIII 17; IV 361 Romanis . . iterum concurrere victis |) III 295 pinguescunt sanguine campi, | 301 triumphos | 308 dirupto foedere 309 non aequo Marte

Et Ge. I 489 sqq. et Ioh. IV 165 agitur de belli civilis pestibus. Tertii libri loco eodem Corippum ad Stat. Silv. V 3 spectasse infra (p. 32) videbimus.

506 non ullus aratro | Dignus honos	Ioh. IV [illegible] nec principis ullus | Vicit honos mentes, VIII 85 [illegible] meritis non ullus honos.
(92 = 124 = II 321 = Hor. c. II 9, 12 Sol 'rapidus' vocatur	= Ioh. III 24.)

Ge. II.	Cor.
11 camposque et flumina late | Curva tenent	= Ioh. [illegible] sq.

[1] 42 Ribb.: Non ego . . opto 41 pelago . . volans dare vela . ., 43 Non, mihi si linguae centum sint oraque centum (cf. III 9 virum volitare per ora)	Ae. VI 625 Non mihi si linguae centum sint oraque centum, | [illegible] nis scelerum comprendere [illegible] | Omnia . . nomina possim. Ov. Met. VIII 533 Non mihi si centum deus ora . . | Ingeniumque capax . . dedisset |	Ioh. I 23 [post lacunam] Oraque per centum producant pectora cantus, | Non mihi sufficerent sensus, nor omne canenti | Ingenium lati volitans per devia mundi |.

106 quam multae zephyro turbentur harenae | Aut ubi . . incidit Eurus |	Ioh. II [illegible] oppositaque polus turbatur harena | . . veluti surgunt . . Euri |
{ 156 Tot congesta manu praeruptis oppida saxis | 537 Impia . . gens }	Ioh. III [illegible] illa manus. ruptis tegitur gens impia saxis |
167 Haec genus acre virum . .	Ioh. II [illegible] Et genus acre viris . .

Iust. IV init. poeta Africanus, cum ad urbem [illegible] principi Iustino digne ornandam ex omnibus vicini silvis ingentem ligni materiem, quo arcus [illegible] aedes pensiles extruerentur, comportatam esse diserte narrat, imitatur Ge. II 207 sqq. (fortasse et Manil. astr. II 773 sqq., qui ipse sine dubio a Vergilio pendet). Cf.:

207 Aut unde iratus silvam devexit arator | Et nemora evertit 209 Antiquasque domos avium 210 Eruit: illae altum nidis petiere relictis |	Iust. IV 15 Robora silvarum tunc plaustra gementia ducunt | 19 ferro succidere silvas | 22 Concisor nemorum 27 per antiquas discurrunt . . silvas | 23 nidis volucres fugere relictis |.

[1]) cf. Zingerl. Ovid. II 70.

Cum vero subsequentibus versibus Maro apes memoret, quibus 'ieiuna . . livosi glarea ruris | Vix humilis casias roremque ministrat' — dicit enim de diversis 'arvorum ingeniis' —, noster non modo ut ex his quoque versibus hauriret adductus est, sed etiam in mentem ei venit cum aliorum Vergili locorum (Ae. VI 707 sqq., XII 587 sqq.) tum Ge. libri quarti, ubi apium sedes mores studia bella elegantissime describuntur. (Cf.:

Ae. VI 707 apes. XII 588 apes; 589 per cerea castra | Discurrunt = 577; Ge. IV 8 = 37 (= II 213) apibus, 108 castris | 11 errans . . campo | 12 herbas | 12 rorem (II 213 roremque) 17 Ore ferunt dulcem . . escam |, 201 Ore legunt (101 Dulcia mella, II 216 Dulcem . . cibum)	Iust. IV 27 discurrunt agmina | More apium . . nova condere castra | 30 per herbosos errant . . campos | roremque madentem | 32 Ore legunt 33 dulcesque lares . . figunt |
21 (cf. 103 sq.) novi . . examina reges | Vere suo, ludetque favis emissa iuventus | 27 Pontibus . . crebris 30 (= 121, II 219) virides 36 liquefacta, 38 = 57 cera | 39 (= 11; 109 al.) Floribus, Ae. VI 708 Floribus insidunt variis, Ge. 42 = 216 latebris |	30 examina 28 quas ver tepidum nova condere castra | Et munire favos iubet 22 crebris securibus (38 cr. ictibus) 19 virides 32 cerasque liquentes | 31 Floribus insidunt variis 24 latebras |
43 larem 44 pumicibus, Ae. XII 587 in pumice	33 lares in pumice figunt | [1]
45 cubilia — ∪ ∪ |, I 447 linquens . . cubile	25 Linquunt 26 cubilia — ∪ |
49 Aut ubi odor caeni aut ubi concava pulsu | Saxa sonant vocisque . . resultat imago |, cf. 71 et vox | Auditur fractos sonitus imitata tubarum |	15 odora cupressus | tonat aerea pulsans | Malleus 16 Curvaque percusso longe sonat ascia ligno |
(II 220 scabie	48 scabredine)
IV 67 more suo sese in cunabula condent | 74 aptantque lacertos 75 (cf. 80) densae	28 More apium . . condere castra | 36 Quaeque suis aptanda locis 27 = 30 Densa
121 Pallentisque hederas 141 tiliae 111 ulmos, II 221 vitibus ulmos |; sed v. Ov. Met. X 91—106, Epist. 5, 47.	22 et pallida buxus | 46 tiliae 12 vitibus ulmi |)

Alio loco, ut hoc simul absolvam, ubi cum apium examine iuventus ad bellum proficiscens comparatur, Cor. ad eosdem locos Verg. se applicat:

IV 21 cum . . ducent examina reges | 22 ludetque favis emissa iuventus. 104 Contemnuntque favos et . . tecta relinquunt | 27 crebris 34 Seu . . alvearia 35 Angustos habeant aditus 68 Sin . . ad pugnam exierint (nam saepe duobus | Regibus incessit . . discordia	Ioh. I 432 Imperat . . agmen producere terris | 430 favis 431 exire 435 festina iuventus | Per cunctos aditus crebris alvearia linquunt | Exitibus 433 Sive parat pugnas adversi concitus ira | Forte ducis
78 Erumpunt portis, 71 aeris rauci, (74 Spiculaque exacuunt), Ae. XII 590 Magnisque acuunt stridoribus iras |	426 Erumpunt . . portis 437 raucisque acuunt stridoribus hostes |
Ge. IV 108 castris; Ae. XII 589 castra |	431 Castra
Ge. 168 Ignavum fucos pecus . . arcent = Ae. I 435	434 fucosve volens arcere malignos |

Versibus Ge. IV 70 sqq. noster etiam Ioh. II 248 sq. usus est hunc in modum:

70 namque morantis | Martius ille aeris rauci canor increpat et . . | sonitus.	Ioh. 248 illos . . morantes | Increpat et rauci sonitu conterritat aeris, |
Cf. ad Ge. IV 85: hos versā fugā . . dare terga subegit | denique ad 167: aut agmine facto |	cf. Ioh. III 242 raptantur signa . . | Versā fugā; Ioh. IV 1024 facto nunc agmine.

---

[1] Quod Ge. ib. 57 'mella . . fingunt \| ' extat, Fogginius dubitavit an etiam Cor. 'fingunt' scripserit. At Corippi 'lares in p. f.' respondent eis quae Verg. ib. 202 de apibus dixit 'aulasque et cerea regna refigunt \| ', quo loco in optimis codd. scriptum est 're figunt'.

Iam pergimus libri Ge. II. imitationes enumerare.

(246 ora | Tristia	Ioh. II 221 Tristia . . ora)
276 collisque supinos | , III 555 collesque supini |	ib. 6 collesque supini |
(314 = Ae. XII 766 foliis oleaster amaris | (cf. Ov. Met. XIII 525 bacis ol. amaris |)	Ioh. VI 573 foliis oleaster amaris |
384 Mollibus in pratis	Ioh. II 278 pratis in mollibus
391 Complentur vallesque cavae saltusque	Ioh. IV 630 Atque cavas valles silvasque . . complens
401 redit . . labor actus in orbem | Atque in se sua per vestigia volvitur annus | (cf. Ov. Met. I 372 flectunt vestigia)	Iust. IV 91 In se volventis vestigia flexerat anni |
471 lustra ferarum | (cf. Claud. VI consul. Hon. praef. 4 Mens. . . ad . . sua lustra redit |)	ib. 24 Horrescunt sua lustra ferae
484 Frigidus obstiterit circum praecordia sanguis |	Ioh. III 36 gelidus praecordia sanguis | Turbat
(490 Felix, qui potuit rerum cognoscere causas [cf. Pers. sat. 3 66 causas cognoscite rerum |]	Ioh. IV 312 causas cupiens cognoscere rerum |)
515 meritosque iuvencos |	Ioh. II 282 Alipedes meritos

Thielmann ('Über Sprache u. Kritik des lat. Apolloniusromans' p. 25) Ge. II 506 'Ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro, | Condit opes alius defossoque incubat auro | ' propter versuum clausulas inter se consonantes (nam vocem 'aurum' ab hominibus rusticis ut 'orum' esse enuntiatam tradit Festus p. 182, 15) ut cum Petron. 83 'praecingitur auro | . . iacet ebrius ostro | ' ita cum Cor. Ioh. IV 498 'ocreas, multo quas vinxerat auro, | . . rubroque includit in ostro | ' comparavit.

Ge. III.	Cor.
50 ad aratra iuvencos	= Ioh. III 328
76 Altius ingreditur et mollia crura reponit |	Iust. III 69 Incipiunt . . mollique reponunt | Crura gradu
88 sonat ungula cornu |	= Ioh. IV 39, VII 442
109 Aëra per vacuum	= Ioh. III 113
222 Versaque in obnixos urguentur cornua . . |	Ioh. VIII ... Venit in obnixum stricto mucrone
236 Signa movet	„ IV 107 Signa movens
(278 auster | . . pluvio contristat frigore caelum, Ae. X 273 Sirius ardor | 275 laevo contristat lumine caelum |	„ II 252 Ungula sidereos contristat pulvere campos |)
(433 Exilit in siccum, et flammantia lumina torquens | [cf. Ae. VII 448 flammea torquens | Lumina] 439 linguis micat ore trisulcis | = Ae. II 475	„ III 95 tunc flammea lumina torquet | Subsiliens ib. 114 Ora madent foedant oculis linguisque trisulcis |)
495 dulces animas (= Ae. III 140) plena ad praesepia reddunt, cf. IV 238 animasque in vulnere ponunt |	Ioh. IV 715 dulces animas, ib. 1123 animas in vulnere reddunt |
517 it tristis arator | Maerentem abiungens . . iuvencum |	Ioh. III 444 flevit . . tristis arator | Disiunctos fugiens hostes rapuisse iuvencos | 452 arbor . . solvitur
523 solvuntur latera	

Ge. IV.	Cor.
(112 de montibus altis | = Ae. X 707	= Ioh. III 252, IV 304)
135 cum . . hiems . . frigore saxa | Rumperet et glacie cursus frenaret aquarum |	Iust. III 281 Rupimus Euphraten, gelidos superavimus amnes | Hibernasque nives, cursus qua frenat aquarum | Frigus
169 fragrantia mella	= ib. 22
174 Illi inter sese = Ae. X 146 XII 720	= Ioh. IV 350
300 spiritus oris | Multa reluctanti obstruitur	Ioh. IV 177 Dum canit . ., conturbans spiritus ora | Obstruit

312 imber, | Erupere [illegible] nervo pulsante sagitta | Ae. XII 284 ferreus [illegible] imber	ib. 716 ferreus imber | Confluit et ner[illegible] vol[illegible] pulsatur harundo |
366 Omnia [illegible] labentia flumina terra | (cf. II 157, Lucr. [illegible] Ov. Met. I 188 sq., sed ad illum Ge. locum [illegible] propter verborum positionem referendus [illegible]	Ioh. VI 194 labentia flumina tantum |
427 [illegible] et cava flumina siccis | Faucibus [illegible] Faucibus .. siccis .., 432 Sternunt se somno diversae in litore phocae |	ib. 370 invenit herbas | Flumina [illegible] temen, siccis [illegible] faucibus ipsos | .. 375 se alii sparsere per arva | ..
[illegible] Eurydicen anima fugiente vocabat |	ib. IV 205 Interea Stutias anima f[illegible]giente dolebat | .

[G]eorgicorum ergo imitatio per Corippi carmina latissime patet estque eiusmodi, ut poeta [non] solum in rebus isdem carmen Vergilianum per seriem versuum sectetur et tectiore illa atque artificiose ratione imitetur, sed etiam dictionum Maronis singularum magnum numerum, saepe sine dubio inconsulto. (nempe versus Vergiliani in [illegible]da memoriae mandati ei in su[illegible]um quasi ac sanguinem inierant), ubi occasio casusque tulit, vel integras vel paululum mutatas repetat.

Eadem haec, quae de imitatione Georgicorum diximus, multo etiam magis cadunt in Aeneida. Hoc non ignorat, quisquis Mazzucchelli ad Cor. Ioh. adnotationes inspexit. Is enim vir doctus, ut ipse ait (p. XLVI editionis Cor[ippi] Bekkerianae), omnes locutiones, ne dicam omnia fere verba Iohannidos cum Vergilio Lucano Claudiano contulit, ut securius incederet in textu purgando, et eandem messem collegit inque notas suas retulit. Nec minus diligenter ad alterum Corippi carmen editores locos Aeneidos contulerunt. Quae cum ita sint, supervacaneum indico totam de Aeneidos imitatione quaestionem hic repetere; satis erit e thensauris nostris manum exemplorum prompsisse, quae Mazzucchelli diligentiam partim effugerunt, partim ab eo non satis exhausta sunt. Comparari possunt:

Ae. I 458 sqq.	et Ioh. I 177 sqq.	Ae. IV 56 sq.	et Ioh. III 84 sq.
„ „ 210—215	„ „ II 282—87	„ „ 56—66	„ „ „ 88 sq.
	„ „ III 166 sqq.	„ „ 119	„ „ I 509
„ „ 218	„ „ „ 154	„ „ 125	„ „ „ 410
„ II 255	„ „ VII 402	„ „ 347, 337 sqq.	„ „ „ 295 sqq.
„ „ 518	„ „ I 379	„ „ 525	„ „ „ 412
„ IV 14	„ „ „ 403	„ „ 582	„ „ „ 166
„ „ 19	„ „ II 240	„ IX 79	„ „ „ 479 sq.

Eos potissimum elegi locos Vergilianos, quos imitator in Ioh. I.—III. respexisse videtur.

Restat, ut de poematis quae sub nomine Maronis feruntur agam. Atque bellam Copae elegiam et lepidum Moreti idyllium perlustranti mihi nulla aut res aut dictio obviam ivit quam cum Corippea componere possem. Neque Catalepton quae dicuntur noster fuit imitator. De Culice dubitans haereo: quanquam veri simile esse existimo hosce locos inter se cohaerere:

Cul. 42 aetherias .. penetrarat in arces | 43 .. lumina carr[illegible] . et Dracont. de Deo II 33, v. posterius.	Iust. IV 342 Spiritus ascendens claram penetraverit arcem | .. ad limina perge | ,

in quibus similia parem versus sedem habere noli praetermittere.

Cul. 197 ictibus ossa ferit, cingum qua tempora crist[illegible]	Ioh. IV 898 ense | 899 truncat qu[illegible] cingitur arcum [cod. T. arcum] | 901 ferit 903 ictum [illegible],

non dubium est, quin Ovidium hic secutus sit Corippus: de qua re v. infra p. 2[illegible].

[illegible] Ciri unus locus extat, quem imitator manifesto expressit. Cf.:

Cir. 1[illegible]3 [illegible]uem nec sua flectere mater | Iratum potuit . . 135 ille etiam . . dormire leones | Et validas [Heynius: rabidas] docuit vires mansuescere tigris | [1], cf. Verg. Ge. II 151: At rabidae tigres absunt et saeva leonum | semina, nec . . anguis |	Ioh. VII 251 nec duras flectere mentes | alius posset . 253 Hic poterat rabidas verbis mansuescere tigres | Atque . . sermone leones | 255 Serpentumque . . venenum.

Auctor carminis Ciris versus Georgicorum in usum suum convertit eorumque et ipse Corippus meminit. — De Cir. 460 = Ioh. I 208 supra p. 3 dictum est.

De Horatiana imitatione disseruit Hertz Anal. ad carm. Hor. V p. 22. Is rectissime indicavit de eis locis Horatianis, quibuscum Bentleius Corippeos comparavit: Iust. I 152 'Rumpe moras, cape dona dei' verisimilius composita sunt ad exemplum Vergilianum (cf. Ae. III 489 'cape dona extrema tuorum'; de dictione 'Rumpe moras' v. Zingerl. Ovid II 106 et Wagner de M. Val. Martiale poetarum . . imitatore p. 11) quam ad Horatianam (c. III 8 27 sq.: 'Dona praesentis cape . . horae). cum versus Corippi et Flacci et verborum collocatione et metro dissentiant. Praeterea Bentleius contulit Iust. I 187 'Vocibus his flexus cessit' cum Hor. c. IV 6.21 sq.: 'Ni tuis flexus (al. victus) Venerisque gratae vocibus'. Corippi versum, inquit Hertzius, 'ad hunc Horati locum spectare posse patet, — num re vera spectet tum demum [illegible]nari poterit, si plura indubitatae imitationis Horatianae apud Cor. exempla prolata fuerint'. Ego potius dicam 'si plura exempla e finitimis et Flacci et Corippi versibus prolata fuerint'. At [illegible] proferri poterunt. — Unum tamen exemplum certissimum Hertzius concedit investigatum esse ab [illegible]ano-Peerlkamp. qui ad Hor. c. I 28, 19 adscripserit Cor. Ioh. IV 1016. Sed nescio quo casu accidit, ut et Peerlkampium et Hertzium fugerent Corippi versus etiam similiores Horatiano: Ioh. ib. 1[illegible] et 1124 sq.

Cf. Hor. c. I 28, 19: Mixta senum ac iuvenum densentur funera (22 obruit)	Ioh. IV 101[illegible] [illegible] senibus densantur (cod. T: densatus) ephebi | 1116 Mistaque per latos densantur funera campos | 11[illegible] [illegible]istique ruunt . . | Nunc senibus iuvenes

Ex eodem carmine Horatiano versus 21 initium 'Me quoque' cum Cor. Anast. 41 'Me quoque' componi non vetarem, si is locus Corippeus in vici[illegible] illorum versuum Iohannidos extaret: nunc vero cum illud exordium per plurimos poetas [illegible]lgatum videam, de fonte Corippi nihil statuerim. At extant in Ioh. IV alii versus illis proximi, qui vocabulis quamvis paucis produnt se ad eiusdem carminis Horatiani exemplar confictos esse.

Hor. c. I 28.	Ioh. IV
1 = 23 . . arenae | 3 Pulveris	1010 . . harenas | 1000 Pulvere
(13 Nervos	1067 nervis [3])
16 calcanda . . via leti	1011 calcatur . . 1012 luto | (limo Bekk. [2])
17 Dant alio	1030 Corpora dant animas
17 Marti	993 Mavors, 1003 = 1004 Marte, 1020 Martem (contra in reliqua huius libri parte [150 versuum], quanquam non deesat occasio, nomen Martis nunquam occurrit)

[1] Cir. 136 et Ioh. 253 inter se consentire commemorat C. Sittl, Archiv. Lexic. Lat. I 518.

[2] Ut falso 'luto' pro 'lūto' diceret, nescio an Corippus fecerit ex exemplo Horatiani illius 'leti' pari versus loco positi.

19 Mixta senum ac iuvenum densentur funera (cf. supra	1016 misti senibus densantur ephebi | (1002 Miscu erant . . | densis telis, 1010 Funera, 1116 Mistique . . densantur funera
20 Saeva	— 1008
21 merces	1056 mercede).

Conicio Corippum ut ex hoc clarissimo in Archytam carmine tantum peteret metro potissimum adductum esse dactylico.[1] — Ad Iust. II 243 'tractis satiat pomaria rivis \|' suo iure iam Dempsterus adscripsit Hor. c. I 7, 13 sq.: 'uda mobilibus pomaria rivis \|'. Eiusdem carminis v. 21—32 cum Ioh. VII 115—132 et propter argumenti aequalitatem (nam hic Iohannes, illic Teucer sociis animos addit) comparandi sunt et ob hasce verborum similitudines:

Hor. c. I 7	Ioh. VII
24 Sic tristes affatus amicos | 26 o socii 27 Nil desperandum Teucro duce	115 tristes 116 bonus affatur 117 viros et talibus infit | 121 En socii 123 Si vivunt socii, nihil est quod
31 viri, nunc vino pellite curas |	quisque 124 Amisisse putet. 125 viros 130 expellite curas |.

Nota hoc quoque carmen Horatianum metro dactylico constare. Sed etiam ad unius certe carminis lyricis versibus compositi locum Corippus alludit. cf.:

Hor. c. IV 2	Anast.
27 apis . . | More . . | carpentis thyma . . 31 . . . rosa parvus | 32 Carmina fingo. | 33 Concines maiore poeta plectro |	3 decerpere poma . . 4 Sed parvus maiora peto

Incertiora sunt duo exempla, quae Mazzucchellius — non, opinor, imitationis comprobandae causa — protulit:

Hor. carminis eiusdem IV 2 v. 5: Monte decurrens velut amnis. Verg. Ae. IX 456 sanguine rivos.	Ioh. III 116 Sanguine Vandalico video decurrere rivos | Montibus
III 15, 16: Nec poti vetulam faece tenus cadi | (est autem finis carminis).	ib. VII 346 Ille cadum potans

Ex epodis satiris epistulis nullum locum Corippus in usum suum transtulisse videtur: an credibile est eum dictionem 'dura fames', quae extat Ioh. IV 1088, e sat. I 2 (v. 6: 'duramque famem'), qua nihil fere sordidius scripsit Flaccus, petivisse?

Tibulli imitationem non multa quidem, sed indubitata exempla testificantur. Cf.:

Tib. I 3, 33: At mihi contingat patrios celebrare penates | Reddereque, Ae. XI 264 versosque penates |	Ioh. III 496 semel versos miseris tunc flere penates | Contigit et . . quaerere terras |
Tib. I 4, 42 Et canis arenti torreat arva siti |	Ioh. VI 271 laborant | Arva siti Zephyrisque calent
II 5, 5 Ipse triumphali devinctus tempora lauro |	Iust. IV 80 Cuncta triumphalis pendentia culmina laurus | Comit

Denique exemplum amplioris ambitus:

Messall. paneg. 113 fecundos 122 fertilis anni | cum Sol caput extulit undis | (cf. 126 undis |) 125 flumina —∪ | 129 votis | 144 celebrans 136 triumphi | 140 Nili	Iust. IV 148 fecundi 151 fertilis anni | 149 cum prata virent, 168 = 172 undas | 171 flumina —∪ | 141 Votaque plura tuis celebret nova Roma triumphis | 165 Fontis Niliaci

[1] Eundem huius carminis Horatiani locum a Maximiano, Boethio, Octaviae auctore imitando expressum esse Kellerus ostendit Epileg. Hor. I p. 99 sq.

Nec studiosius noster Properti elegias in usum suum convertit. Duo tantummodo imitationis novi exempla, sed in quibus inest tanta demonstrandi vis, ut quin unius certe clarissimi carminis Propertiani Corippus haud ignarus fuerit nihil dubii relinquatur. Cf.:

Prop. III 1, 23 sqq.:	Ioh. praefationis distichis elegiacis compositae v. 5 sqq.:
Omnia post obitum fingit maiora vetustas, | Maius ab exequiis nomen in ora venit |. Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces? . . . Hectora ter campos, ter maculasse rotas? | Qualemcunque Parin vix sua nosset humus. | . . Nec non ille tui casus memorator Homerus | Posteritate suum crescere sentit opus. |	Omnia nota facit longaevo littera mundo, | Dum memorat veterum proelia . . ducum. | Quis magnum Aeneam, saevum quis nosset Achillem? | Hectora quis fortem, quis Diomedis equos? | Quis Palamedeas acies, quis nosset Ulixem, | Littera ni priscum commemoraret opus? | Smyrnaeus vates (simul ad Luc. IX 984 'Smyrnaei . . vatis' exemplum; cfr. 13 opus) 14 venturis acta referre viris. |

Non solum res simillima apud utrumque poetam tractatur, sed etiam singulae quaedam notiones dictionesque inter se respondent.[1]) (Eodem loco Corippo etiam Lucani versus ante oculos obversatos esse infra p. 28 videbimus). — Alterum exemplum hoc est:

Prop. ibid. 63 sq.:	Iust. III 119 sq.:
At non ingenio quaesitum nomen ab aevo | Excidet: ingenio stat sine morte decus |.	Ingeniis hominum post mortem vivere fama | Concessum est: clarum servat sua gloria nomen |.

Etsi similes sententiae apud Horatium Ovidium alios inveniuntur (cf. Zingerl, Ovid. I 85. III 14), arctius quoddam inter Properti et Corippi illos locos vinculum extare verborum quadam aequalitate verisimile est. Probabilior vero nexus locorum eo fit, quod eiusdem carminis Propertiani locum Corippo sine dubio exemplo fuisse modo vidimus. Denique illud non praetereundum puto, quod Corippus unam sententiam intra duos versus varia ratione enuntiet, id eum ad elegiae exemplum fecisse videri. — Quod Mazz. ad Ioh. III 337 Properti locum (IV 7, 51) adscripsit, illum versum potius ad Statianum exemplum referendum esse infra p. 3[illegible] videbimus. — Ne autem plura ex elegiis Tibulli et Properti in carminibus conficiendis mutuaretur, obstabat, ni fallor, cum pentametri metrum tum materia.

Easdem ob causas Ovidianarum elegiarum imitatio exigua invenitur: quanquam, ut consentaneum est, eas elegias quae ad genus narrativum propius accedunt velut Epistulas, Fastos Corippus largius in usum suum convertit quam eas quae in rebus amatoriis, propria illa elegiae quasi provincia, versantur. Ex Amoribus unum profero exemplum quo illum usum esse veri sit simile. Cf.:

Am. III 3, 33:	Iust. II 9
Et quisquam pia tura focis imponere curet? |	. . posuit pia tura focis

(cf. Met. XI 577 pia tura = Mart. ep. VIII 8, 3; Ex Ponto II 1, 32 Tura . . imposuisse focis: Iuvenal. V 13, 116 charta pia tura soluta \| Ponimus. — Ceterum Amorum ille v. ipse expressus est ad Vergiliani exemplum Ae. I 48.). Potest ex eadem elegia (v. 29 'Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus \| ') sumpsisse quod dicit Ioh. IV 973 'inflexum curvat fortissimus arcum \| ', quamvis locutio 'arcum curvare' non singularis sit (cf. Ae. III 533, Stat. Ach. I 487, I. eleg. in Maecen. 55.)

[1]) Accedit metri aequalitas.

in Ioh. I 479 'quem tantum fama perennis | Prisca canit' poeta non tam ad Ov. Am. I 10, 62 'Carmina quam tribuent, fama perennis erit | ' vel ib. I 15, 7 'mihi fama perennis | Quaeritur in toto semper ut orbe canar | ' spectavit quam ad Ae. IX 79 'Dicite. Prisca fides facto, sed fama perennis | ', quem locum praeter Ovidium et Corippum anonymus quidam carminis Anthol. Lat. 719, 12 R. auctor imitatus est hunc in modum: 'fides et fama perennis | '. Item Ioh. IV 934 'Extremis .. singultibus ore vocabat | ' ad Valer. Flacc. III 333 '.. singultibus ora | ' potius quam cum Mazz. ad Ov. Am. III 9, 12 'oraque singultu concutiente sonant | ' referendus videtur.

Ex Artis amatoriae carmine unus certe fluxit locus Iust. II 239. Cf.:

Art. am. I 671 aut vomere findite terras |	Iust. l. l. et terram vomere findunt

Adde hosce locos:

Art. am. I 522 virque paterque gregis (cf. Anthol. 623, 1 R. Lanigeri ductor gregis, et ib. 624, 1 Ovium pater)	Ioh. III 160 ductorem patremque gregis
Art. am. III 375 resonat clamoribus aether (spectavisse ipse Ovidius videtur ad Ae. IV 668 resonat magnis plangoribus aether |, et V 228 resonatque fragoribus aether |)	Ioh. VIII 93 saevis resonat clamoribus aether |

Ex Remediorum amoris aut de Medicamine faciei libris desumpta quae crederem, apud nostrum non repperi. Ibidis elegiae in Corippo legendo bis recordatus sum; cf.:

Ib. 127 dedit ipse mihi modo signa futuri | (cf. Apollin. Sigon. 7, 165 signa futuri |	Iust. IV 273 sceptri fuerant ea signa futuri | (cf. etiam ib. I 30 signa futurorum .. bono un |)

(Corippum eodem Iust. IV loco ad Claudiani exemplum se applicare infra [p. 34] docebo).

Ib. 454 Et quatias molli tympana rauca manu | (cf. Iuvenal. II 6, 515 cui rauca cohors, cui tympana cedunt |)	Ioh. VI 154 Tympana rauca rap

Haec indicia ad quandam inter Corippi carmina atque Ibidem rationem statuendam sufficere puto.

E Fastorum libris Cor., etsi eis non tantum debet quantum pro varia rerum illic narratarum multitudine quis expectaverit, nonnulla quin hauserit dubitari nequit. Nam cf.:

Fast. IV 311 Conscia mens 315 ter tollit in aethera palmas | Quicumque aspiciunt, mente carere putant |) Summissoque genu voltus .. | Figit et hos edit crine iacente sonos: | Sequuntur quae Claudia precatur] 325 Dixit et .. 327 Mota dea est	Ioh. VIII 333 conscia pectora 335 gemunt et tensis aethera palmis | Suspiciunt dominique sibi solacia poscunt | . Ipse .. genibusque et corpore flexo .. motus pietate .. Talia voce rogat: [Sequuntur quae Iohannes precatur] 355 Compulsus pietate .. 359 voltu maerente
II 489 nutu tremefactus uterque | Est polus	IV 688 Ad nomen tremuere poli
V 40 silent aliae dictaque mente notant | .	Iust. III 407 devota mente notabo |
V 550 bellica signa	Ioh. VI 77 Bellica signa

Ad duos locos Ovidianos simul respicit Iust. I 123; cf.:

Fast. I 183 nec longa silentia feci |	Met. IX 692 premit vocem digitoque silentia suadet |	Iust. l. l. Ora premens digito, dextraque silentia fecit |,

quibuscum cf. etiam similes inter se locos:

Fast. V 55 fecere silentia cunctae | Calpurni. ecl. 2, 17 fecere silentia montes |	Iust. II 325 dato populi fecere silentia signo | ,

nec non Lucan. I 298 'dextraque silentia iussit | ' et Stat. Theb. V 102 'ense sil. iussit | '. — Ioh. II 15 'Occiduas aditurus aquas' poeta utrum ad Fast. I 314 'occiduas .. subibit aquas | ' an ad Trist. IV 8, 4 'occiduas .. subeatis aquas | ' respexerit, diiudicari non potest.

Nam ne Tristia quidem imitator neglexisse videtur. Exempla sunt:

Trist. I 3, 21 Quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant | funeris	Ioh. III 356 sonuit non luctus in urbe | Funeris
I 8, 15 Illud amicitiae sanctum ac venerabile nomen |	Iust. III 147 sanctum et venerabile nomen [sc. sapientiae]
III 10, 44 conantes dura coercet hiems [de delphinis]	Iust. III 52 linquere terras | Aspera cogit hiems [de gruibus]
IV 1, 55: Meque tot adversis cumulant, quot litus harenas, | Quotque fretum pisces . . habet, | Vere prius flores, aestu numerabis aristas | . .	Ioh. VI 201 numeres aut aequoris undas | . . aut quantas litus harenas | Alluit aut pelagus pisces . . habet, varius ('varias' Petschenig.) quot gignit campus aristas | Vere novo . .

Quanquam eandem sententiam Ovidius saepius ingeniosissime variatam repetit (e. g. Ex P. II 7, 24 sqq. et IV 15, 6 sqq., Art. am. I 57 sqq., II 517 sqq.[1]), tamen ad illum ipsum Tristium locum — praeter alios — se applicasse et ob insignes verborum consensus et propterea statuo quod nullo reliquorum Nasonis locorum ver commemoratur. — E plurium locorum recordatione etiam v. Ioh. VII 17 manasse videtur; cf.:

Claudian. VI consul. Honor. praef. 2: reddit amica quies |, Trist. V 5, 5 = Valer. Flacc. VIII 238: oblita malorum | Ae. IV 528 corda oblita laborum |	Ioh. VII 17: Noctis amica quies. tunc corda oblita malorum |

Iam vertamur ad libros ex Ponto. Certa exempla censeo haec:

Ex P. III 8, 11 Femina pro lana Cerialia munera frangit |	Ioh. IV 1076 lapisque, | Quo Cererem frangit

(morem feminarum fruges lapidibus conterendi Naso de Getis memorat, Cor. de Gaetulis, Africae gente. cf. Verg. Ae. I 177).

ib. IV 3, 35 humana . . . pendentia filo |	= Ioh. III 338
ib. 4, 41 [ad Pompeium consulem] domum repetes toto comitante senatu |	Iust. IV 213 Egreditur princeps magno comitante senatu |

Quod autem inter hos proximos locos revera nexus quidam intercedit, ad eiusdem elegiae v. 35 'Curia te excipiet patresque e more vocati \|' versum Ioh. VI 236 'proceres de more vocans' referre non dubito. — Recte Mazz. contulit:

ib. IV 7, 9 Ipse vides onerata . . plaustra | Per medias . . aquas	Ioh. VII 236 Plaustra gemunt onerata . . 238 per latos . . campos.

Denique non sine probabilitate

ib. II 3, 75 Latiae facunda linguae |	et Ioh. I 466 Romanae . . facundia linguae |

comparari posse contendo: nam cum multi variorum auctorum versus hexametri in verba 'fac. linguae' exeant (nonnulla exempla congessit Luehrius 'de Statio . . imitatore' p. 50), illi duo peculiarem habent similitudinem adiectivi ad 'linguam' additi.

Quod autem neque e Tristibus neque e libris Ex Ponto Cor. etiam plura mutuo sumpsit, non mirandum est, cum in illis carminibus Ovidius de suis potissimum rebus privatis agat.

Pergimus ad Epistulas seu Heroides. Cf.:

Ep. 3, 63 subito telluris hiatu |	= Ioh. VI 134, 607 VII 175

[1] Alios locos et ex Ovidio et e Catullo ac Vergilio, qui quidem rarius et minus copiose idem argumentum tractaverunt, Zingerlius collegit Ovid. p. 36 sqq.

(alii contra poetae Ovidi verbis ‘telluris hiatu | ’ receptis abiecerunt adiectivum illud ‘subitus’: exempla collegit Zingerl. ‘Zu spät. Dicht.’ p. 80).

Ep. 4, 158 sqq.: fulmina torta manu | . . qui movet axe diem |	Ioh. IV 663 Qui caelum terramque movet, qui fulmina torquet |
Ep. 5, 53 lintea malo |	Ioh. I 318 lintea malis |
„ 9, 5 series . . laborum |	= Iust. I 277.
„ 9, 89 Praevalidae . . manus	Ioh. VI 578 Praevalida . . manu
Ep. 12, 149 studioque videndi |	= Iust. IV 53.
„ 18, 33 noctis amicior hora	Ioh. IV 69 noctis amicae | tenebrae
„ 9, 41 Caesa abies sectaeque trabes. Et classe parata | Caerula ceratas accipit unda rates |	Iust. IV 15 In . . tabulas abies montana secatur | 17 Mille secant . . trabes 50 Tanta nec Inachides secuerunt robora plebes | , Armatas classes ratibus cum mille pararent |

Supra (p. 1) dixi de classe Graecorum Aulide parata in multis carminibus sermonem fieri (e. g. Ovid. Met. XIII 182. Sen. Ag. III 1, Petron. 89, 10 sq., Dracont. Rapt. Hel. 126), tamen Corippi versus ad Ov. Ep. 9, 41 sq. referre ausim, primum quod ad nullum alium locum, quod sciam, propius accedunt, deinde quod aliis eiusdem epistulae partibus noster usus esse videtur. Nam ut in versu proxime antecedenti Iust. IV 42 diceret ‘amictae vitibus ulmi | ’, id inde factum esse nobis fingere licet, quod verborum in eadem epistula occurrentium (v. 47) ‘Non sic appositis vincitur vitibus ulmus | ’ seu lectio seu recordatio memoriam alterius versus Ovidiani excitaret (Met. X 100): ‘Pampineae vites et amictae vitibus ulmi | ’, ad cuius exemplum verba illa effingerentur: nam locus Horatianus similis quidem, sed non par est: epist. I 16, 3 ‘amicta vitibus ulmo | ’. Alios locos ex Ep. 9 petitos modo indicavi. — Dubium exemplum: Ep. 2, 94 = Ioh. IV 311 ‘Oscula pressa’. Denique cf.:

Ep. 7, 29 Mirantur iustique senes trepidaeque puellae |	Verg. Ae. XII 131 Tum studio effusae matres 132 Invalidique senes turris ac tecta . . | Obsedere, alii portis sublimibus adstant	Ioh. VI 65 Conveniunt fessique senes pavidaeque puellae | Visendi studio: stantes per moenia matres |

In exiguis Halieuticon reliquiis nihil inest quod in Corippi carminibus redeat.

Multo magis quam horum omnium librorum lectione Metamorphoseon poeta se imbutum praebet. Sed tamen, ut hoc praemittam inter quindecim Metaphorseon libros ad primum potissimum et ad secundum sese applicavit, ceteros multo minus sectatus est. Quam rem nescio an ita simplicissime explicemus, ut statuamus Corippum hos libros inde a schola maxime memoria tenuisse: nam in scholis primos quosque clarissimorum auctorum libros potissimum tractatos esse et aliis argumentis et hac re constat quod scholia primorum carminum multo uberiora esse solent quam posteriorum. Ac ne illud quidem praetermittendum duco inter Corippi singulos libros in primo ipso Iohannidos longe maximum numerum locorum, ut ad Aeneidos, ita ad Metamorphoseon exempla compositorum inesse, unde satis apparet Corippum, cum initium faceret versuum pangendorum, aliena eaque praeclarissima exempla, quae sequeretur, de industria adscivisse, postea crescente subinde suarum virium fiducia illa subsidia neglegere coepisse.

Iam ipsa imitationis testimonia promenda sunt. Quoque magis eluceat quam multa ac varia poeta e Metamorphoseon carmine hauserit, quod carmen secundum Aeneida maxime fere omnium in usum suum vertit, in exemplis proferendis simili ratione utar, qua Zingerlius in libris supra (p. 2

n. 2) laudatis usus est. — Atque ut a rerum sententiarumque imitatione ordiamur, in mythologicis rebus, quae quidem non saepe a Corippo attinguntur, semel per longiorem versuum seriem vestigiis Nasonis manifesto insistit. Cf.:

Met. II 212 cum frondibus uritur arbor | Materiamque suo praebet seges arida damno | . 215 incendia gentes | In cinerem vertunt. 214 magnae pereunt cum moenibus urbes | Cumque suis . . populis [Sequuntur nomina montium qui tum flagravisse feruntur].	Ioh. I 331 Uritur alma seges . . | Omnis et augescit crescentem frondibus ignem | Arbor, et in cineres sese consumpta resolvit | . Vertuntur miserae . . cum civibus urbes | Cunctaque . . conflagrant moenia . .
227 Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem | Aspicit accensum	Haud aliter Phaethon cunctis e partibus orbis | Non bene concesso succenderat omnia curru | . . raptatus equis, n fulmine summo | Omnipotens genitor, terra miseratus, anhelos | Disiunxisset equos, restinguens ignibus ignem |
234 arbitrio . . raptatur equorum | 304 At pater omnipotens . . 311 fulmen 312 Misit 313 saevis compescuit ignibus ignes | (cf. IV 609 ignibus ignes | [1]), 294 caeli miserere tui.	

Habemus iterum exemplum apertissimum atque aptissimum quod quomodo Corippus alienis bonis uti soleat demonstret. Neque enim in mythologica solum ac vetusta re, cum de mundi curru Phaethontis inflammati incendio dicturus sit, fontem veterem adit — quod non mirum est — sed etiam in eis quibuscum mundi illo tempore statum comparaturus est depingendis ex eodem fonte haud parce haurit. Quodsi hoc exemplum cum illis, de quibus p. 4 breviter diximus, comparaverimus, hoc servilis potius cuiusdam imitandi rationis testimonium dicemus, nam etsi ne hoc quidem loco totos versus integros descripsit Cor., tamen res sententiasque singulas et eodem fere ordine servato et multis isdem similibusve vocibus usus repetiit. Paucissimas dictiones ex aliis Metamorphoseon locis sumptas in eundem locum coegit velut v. 339 sq.: 'anhelos | equos' (= Ioh. VI 22), quocum cf. Met. IV 633[2]), et v. 340 'disiunxisset equos', quod ad Met. XIV 648 'disiunxisse iuvencos' referendum videtur. Contra reliquorum poetarum, qui eandem fabulam attigerunt, rationem non habuisse videtur nisi Lucreti: cf. Lucr. V 397—404.

Rhesum, Thracum illum regem primo statim Troiam adventu interfectum, et permulti alii inde a Catullo poetae Romani commemorant et noster, cum Ioh. I 177—197 Vergili narrationem (Ae. I 469 sqq.) secutus rerum ad Troiam gestarum mentionem facit, nominat Ovidiano usus verbo; cf. enim

Met. XIII 249 petii tentoria Rhesi | Inque suis ipsum castris comitesque peremi	Ioh. I 18. . . Penthesilea suis, Rhesus qua nocte peremptus | .

Ad eundem locum exemplar fortasse Hilasius Anthol. Lat. 627, 9 R.: 'Tunc Diomedis equos uno cum rege peremit'. — Pulcherrime Met. I 264 sqq., ubi Iuppiter genus humanum undis perditurus est, Notus iussu eius immissus depingitur: cuius loci sine dubio Corippo in mentem venit, cum de Somno dicit Ioh. II 456; cf.:

Met. l. l.: madidis Notus evolat alis |	Ioh. l. l.: madidis mox irruit alis |

Scyllam ubi memorat Cor. (Ioh. I 213 sqq.), ut in ipso monstro describendo Ovidi exemplum neglegit, ita in natura loci significanda eum sequitur; cf. enim

[1]) Quem locum imitatus est Manilius quoque Astron. IV 532: 'velut extinctus (Bentl.; codd. 'exutus') Phoebeis ignibus ignis |'.

[2]) Nam Verg. Ge. I 250 et Ae. V 739 verba 'equis . . anhelis' uno versu continentur, contra et Ioh. I 339 sq. et ib. VI 22 sq. et Met. IV 633 sq. in duos distributa sunt. Praeterea vox 'aequoris' communis est Ioh. VI 23 ac Met. IV 634: cf.: 'turbatur anhelis | Aequor . . equis' ac 'Solis anhelis | Aequora subdit equis'.

Met. XIV 6 Navifragumque fretum, gemino quod litore pressum | Ausoniae Siculaeque tenet confinia terrae |	Ioh. I 1 Quanquam hic alternae coeant confinia terrae | Angustoque freto litus turbetur utrumque ..

Eadem fere verba, quibus Ovidius in regia Solis dei describenda usus est, Cor. adhibet ad sedem principis celebrandam: cf.

Met. II 1 Regia Solis erat .. | clara, micante auro flammasque imitante pyropo |	Iust. IV 120 Chrysolithi mireque micant flammasque pyropos | Adflans

E fabula, quam de mundi origine apud Nasonem legimus, noster plura in versus suos transtulit. Velut unum locum Met. I 10—13 partim in Iohannide partim in panegyrico imitatus est, id quod conspicuum fit hac comparatione:

Met. I 10 Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan | Nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe | Nec circumfuso pendebat in aere tellus | Ponderibus librata suis	Ioh. II 418 .. Cynthia cornu | Iam vacuo, obscurae nec praebens lumina terrae | Aequore mersa fuit .. Iust. III 183 veluti rutilantia caeli | Sidera mensura, numeris et pondere cursus | Perficiunt librata sua.

Haec exempla paullo accuratius contemplemur ut cognoscamus, qua ratione noster liberius imitetur et rem et verbis mutatis. Atque priore illo loco id quod Ovidius de mundo ut iam creato ita nondum perfecto aut ordinato dixit, ipse ad terrae ordinatae per quamlibet noctem statum et quasi vultum describendum adhibet: altero vero loco tantum ab Ovidio discedit, ut sidera, quae ille olim nondum fuisse contendit, caelo nunc decori et splendori esse glorietur. Locutionum denique quantum novaverit, conspectu locorum facile intellegitur.

Iam ad naturae res pervenimus. Et quoniam de sideribus loqui coepimus, cognatam materiam ex eodem fonte desumpsit. Cf.:

Met. I 116 Iuppiter Perque hiemes aestusque et inaequales autumnos Et breve ver spatiis exegit quattuor annum |	Ioh. VII 92 (Deus) Quattuor explicitum volvens successibus annum | .

Hoc autem Ovidiano loco Corippi animus videtur excitatus esse ad memoriam similis loci, ubi de anni temporibus agitur; nam cf.:

Met. II 26 .. aequalibus Horae |	Ioh. VII 93 .. aequalibus horis | .

De amne iter impedienti cf.:

Met. VIII 549 Clausit iter .. Acheloüs 551 undis | (559 unda ! 556 murmure 557 vertice 558 solito dum flumina currant | Limite 561 respondit	Ioh. III 149 Obstruit amnis iter .. | Obicibus clausis 153 unda 144 murmur 149 vertex .. aquarum 146 dum currens 147 placitum si fluctus sisteret. 152 Responsis.

Tam mirum quam manifestum est hoc exemplum imitationis:

Met. II 457 Ut loca laudavit, summas pede contigit undas | Hic quoque laudatis 'procul est' ait 'arbiter omnis. Nuda superfusis tinguamus corpora lymphis.'	Ioh. III 231 Haud procul in le .. spectantes .., | Primus ut infaustas contingens Vandalus undas, | Laudavit cessasse sitim, Ioh. II 9 gelidis infundit corpora lymphis | .

Loci qui ἐκ τοῦ ἀδυνάτου vocantur[1]) conferantur inter se hi:

Met. I 505 sic agna lupum, sic cerva leonem, | Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae |	Verg. Ae. X 725 surgentem in cornua cervum | ib. XI 721 Accipiter.. | Consequitur.. sublimem in nube columbam |	Ioh. IV 38 .. Ferreat ergo lupum pascens .. agnus, | Et leo iam metuat surgentem in cornua cervum | .. canis leporem damamque pavescat | Et .. accipiter mitem sub nube columbam | :

[1]) Exempla e compluribus poetis collegit Zingerlius 'Ovid.' I 110, III 15.

est imitationis exemplum eiusmodi, ubi poeta rem ab Ovidio mutuetur, verbis autem e Maronis potissimum locis colligat.

Hominem a deo naturae dominum creatum uterque poeta similiter praedicat:

Met. I 84 Pronaque cum spectent animalia cetera terram, | Os homini sublime dedit . . | Iussit et erectos . . tollere vultus | .

Iust. II 21 Produxit pronis animalia cetera membris, . . Solum hominem rectum[1];

Novis in natura rebus deum quendam hominibus voluntatem suam significare veteres putabant: cuius opinionis exemplum plane idem apud Corippum invenitur atque apud Nasonem: cf.:

Met. V 168 Signa tamen manifesta dedit (cf. Apollin. Sid. 7, 165).

Iust. I 366 Signa dedit manifesta deus

His imitationis exemplis adiungantur nonnulla quae non tam argumenti quam dictionis similitudines prae se ferant. Met. V 483 = Ioh. III 394 'sol nimius': Met. II 40 'micantes | Deposuit radios' ac Ioh. II 253 'radiosque micantes | Colligit'. Pares clausulae extant: Met. X 100 = Iust. IV 42 'amictae vitibus ulmi | ' (de quo v. p. 18); Met. I 43 = Ioh. III 178 'subsidere valle(s) | '; Met. XII 412 = Ioh. IV 690 'vertice silvae | '; Met. XIII 427 = Ioh. III 112 'vertice crinem | '; Met. III 507 (= Pers. Sat. I 102) = Ioh. IV 682 'assonat echo | '. Cum Ioh. VII 445 'dirupto carcere ventus | ' componi potest Met. XIV 224 'cohibentem carcere ventos | ', et ad subsequentem etiam utroque loco versum nexus pertinet, cum et in hoc et in illo nomen 'flatus' legatur. Mixtus ex Vergiliani et Ovidiani versus imitatione alius locus videtur: cf.:

Met. II 110 Clara repercusso reddebant (sc. gemmae) lumina Phoebi |

Ae. VIII 22 aquae labris . . lumen | aënis | Sole repercusso aut radiantis imagine lunae |

Ioh. IV 460 Sole repercusso radios in lumina misit | (sc. cassis coruscans), cf. 529 radios et lumina Phoebi | .

Haud raro, ut ceteri poetae, sic noster e rerum natura aliquid elegit, quod cum ea de qua dicturus est re comparet. Nec iniuria Corippi imagines Partschius collaudavit (Herm. IX 293), quod poeta eas quasi e suo pectore et e sua naturae Africanae experientia hausit. Tamen ne in his quidem poeta aut aliorum aut Ovidi exempla omnino neglexit.

Cf. Met. III 68 caput in sua terga retorsit, | 71 ossibus 79 ceu . . amnis | 83 furit ille

Ioh. III 141 vultus in terga retorsit | furor 144 per ossa 145 Sic 146 amnis |

ib. II 321 ut . . de caelo stella sereno |

Iust. III 228 micans ut caelo stella sereno |

ib. I 498 micantes | Sideribus similes oculos, Lucr. I 79 nos exaequat victoria caelo |

ib. IV 247 oculis exaequans sidera caeli | .

Ovidius Met. I 175 sq. magna cum audacia, cuius quidem ipse veniam rogat, locum quendam caeli, quem animo excogitavit, 'Palatia caeli | '[2]) nominat: vice versa Cor. Palatium Romanum, ut splendorem ac magnificentiam eius adumbret, cum caeli Palatio comparat (Iust. III 244).

Et quoniam de similibus apud utrumque poetam imaginibus agimus, hoc loco illud addere liceat formulam quoque quandam audaciae in similitudine excusandae a Corippo adhibitam esse, qualem et apud Ovidium et apud Statium legerat. Cf.:

Met. V 416 quodsi componere magnis | Parva mihi fas est

Stat. Silv. I 5, 61 fas sit componere magnis | Parva

Anast. 15 si fas componere magnis | Parva datur.

---

[1]) Alios similes scriptorum locos collegit Barthius (v. Coripp. ed. Bekker. ad Iust. II 22).

[2]) Eadem versus clausula post Ovidium usi sunt Calpurnius ecl. 4, 141, quem video secutum esse ut Vergili ita Ovidi, et Dracont. de Deo II 197.

Denique exemplum adsero, ubi eis quae Ovidius nulla comparatione dixerat Cor. ad comparandum usus est. Cf.:

Met. VIII 741 = 747 nemus 752 succidere sacrum | Robur 757 ictus | 758 Contremuit gemitumque dedit 766 bipennem | 773 moriens 774 labefacta 775 Ictibus innumeris adductaque funibus arbor | Corruit et multam prostravit pondere silvam |	Ioh. IV 1119 nemus 1118 succidere plantas 1120 congeminant . . ictus 1115 gemitus dant (1124 gemitu) 1119 bipennes | 1121 sic . . dirupit . . castra Iohannes | 1128 Sternit et innumeras morientum lapsa ruina, | 1129 Crinibus adductae . . Maurae | 1125 pondere ma[illegible] |.

Reliqua Metamorphoseon et Corippi carminum communia ad rem bellicam maxime pertinere non est mirum, cum Cor. in maiore carmine bellum Libycum pertractet, Ovidio in veteribus fabulis enarrandis certaminum describendorum haud exigua copia detur.

Met. IV 121 Ut iacuit resupinus humo, cruor emicat alte | (cf. p. 5)	Ioh. VI 726 Saucius ille iacet, . . | . . cruor emicat alte |
V 83 vomit ille cruorem |	= Ioh. IV 61
XII 257 mittit ad [illegible] |, cf. Ae. XII 14 sub Tartara mittam |	Ioh. VII 12[illegible] mittit ad umbras |
II 442 caede [illegible]	= Ioh. VI [illegible]1
III 123 per mutua vulnera	Iust. praef. 1[illegible] Mutua per latos inter se vulnera campos |
VIII 358 Cum [illegible] muros aut plenas milite turres |	Ioh. IV 9 M[illegible] a clausa tuens et celsas milite turres
XIII 212 fossas munimine cingo |	Ioh. II 39 [illegible]gens munimine fossas | III 219 sep[illegible] munimine fossas |
II 133 manifesta [illegible] vestigia cernes |	Iust. III 28 vestigia nulla rotarum
IV 216 reparat[illegible] XI 625 reparasque labori |	Ioh. VI 12[illegible] reparare labores |
[illegible]I 717 falcato [illegible] vulnerat ense | Qua collo est confine caput saxoque [illegible] Deicit	Ioh. IV 89[illegible] [illegible]do . . ense | . . truncat, qua cingitur *artum [c[illegible]d. T: arcum] 903 socioque infixus deicit ictum | (cf. supra p. 12).

Sed etiam apud Ovidium loci non ad certamina aut belli miserias pertinentes, quos Cor. ita in usum suum transtulit, ut bellicum quasi colorem induerint. Cf.:

Met. I 121 [illegible] primum subiere domus. 240 non domus una perire | Digna	Ioh. III 46 Tunc omnes periere domus.
II 306 petit [illegible] arcem |	Ioh. IV 91 petit arduus hasta
XII 428 [illegible] suum complexa maritum |	Ioh. VII 177 corpus complexa mariti. | Dulce mori . .

De classe ad bellum vehenti cf.:

Met. XV 697 [illegible]erat levis aura ratem	Ioh. I 16[illegible] carbasa flabris | Aurae impulsa movent . . 167 flamina . . | Impelluntque rates
XIII 195 lintea ventis |	= Ioh. I 414

Denique his adiungantur loci

Met. III 12 Me duce carpe viam	= Ioh. I 268
VII 192 in [illegible]que intrat amicos |, Apollin. Sid. 5,105 Ac portus intrate meos.	Ioh. I 222 portus intrate quietos |

Saepius Cor. in Iohannem vel in alium ducem sive Romanorum sive Maurorum transfert quae de suis personis Ovidius narrat: cf. clausulas:

Met. VI 685 horridus ira |	= Ioh. II 466, IV 847
XII 582 addidit iras	= Ioh. III 435, IV 1019
II 482 verba precantia flectunt |	= Ioh. VIII 102
II 175 fervoribus iras |	= Ioh. VIII 91.
IX 630 = X 444 discordia mentis |	= Ioh. IV 105;

I 390 placidis . . dictis | Mulcet (qui locus ad Ae. V 464 exemplum effictus videtur)	Ioh. VI 344 placida mulcebat voce cohortes |
I 125 Pectore sollicito	= Ioh. VI 480, cf. II 449
329 luctu miserabilis aegro |	Ioh. VI 56 a longo miserabilis . . luctu |
III 666 = X 402 suspiria ducit |	= Ioh. IV 206
IV 343 = V 592 lacrimis vestigia tinxit (cf. Claudian. in Ruf. II 432 vestigia sanguine tingui |)	= Ioh. I 156
II 49 Paenituit iurasse patrem (extare hunc locum in illa de Phaethonte narratione scito)	Ioh. II 106, IV 206, VIII 137 Paenituit (subsequente infinitivo perf.)

De Iohannis amico si ita legimus Ioh. IV 583: 'Iunctus erat lateri clarus Recinarius', in mentem nobis veniunt quae Ovidius Met. II 448 de Callisto virgine canit: 'nec ut ante solebat \| iuncta deae lateri' (cf. Calpurn. ecl. 7, 39 'lateri qui forte sinistro \| Iunctus erat').

Ad virtutem bellicam hi pertinent loci:

Met. VIII 517 magnos superat virtute dolores |	Ioh. praef. 15 Aeneam superat melior virtute Iohannes |
XI 194 potentior arte	Ioh. VI 655 arte potens

De dicendi vel audiendi ratione similia leguntur:

Met. I 417 nomine dictos |	Ioh. I 305 nomine dicto |
VIII 703 placido . . edidit ore |	= Iust. III 310
XV 497 contigit aures |	Ioh. VI 411 = VIII 95 aures | Contigit
(ib. IX 8 = Ae. II 81 pervenit ad aures |	= Ioh. VII 154.)
I 181 ora indignantia solvit |	= Ioh. VII 538 Indignans . . sic ora resolvit |

Addo nonnulla exempla, quibus in generum illorum nullo locus daretur: Met. XV 836 = Iust. I 248 (III 85) 'sacra (sancta) coniunx'; Met. XII 234 = Iust. praef. 44 'pectora pulsans (-at)'; Met. II 476 = Ioh. IV 757, VI 156 'fronte capilli \| '; Met. II 68 = Ioh. VIII 7 'moderamine certo \| (iusto \|)'; Met. V 241 = Ioh. I 251 'lumina monstri(s) \| '; Met. XII 45 = Ioh. I 117 Iust. I 64 'limina portis (-ae) \| '; Met. XV 632 (cf. Trist. I 5, 35) = Ioh. IV 274 'succurrere rebus \| '; Met. VI 398, XV 220, Ex P. IV 11, 7 = Ioh. VIII 74 'vacuas . . in (ad) auras \| '; Met. III 33 = Ioh. VI 156, Iust. II 76 'igne micant oculi'; Met. I 203 = Ioh. III 354 al. 'Humanum genus'; Met. XIV 235 = Ioh. VII 175 'numero . . comitante'; Met. I 267 = Ioh. VI 83 'fronte . . sedent'; Met. VIII 499 = X 321 'iura parentum \| ' et Ioh. I 146 'parentum \| iura'; Met. VII 818 'tu me reficisque fovesque \| ' et Ioh. I 12 'mundum \| Laeta fovens reficit'; Met. V 153 'atria complent' et Iust. II 85 = III 10 'implebant atria'.

Iam nonnulla vidimus exempla, ubi ita Ovidianos locos in usum suum vertit ut in aliam rem vel in aliam agentem eadem attributa transferret. Eodem pertinent haec: Ioh. II 367 de principe Romanorum dicit: 'ut cunctos salvetque habeatque regatque \| ', quae referenda sunt ad ea quae Ovidius summum deum loquentem facit Met. I 197: 'qui vos [sc. ceteros deos] habeoque regoque \| '. Similiter eadem fere, quae Ovidius Met. II 397 de Phoebo loquitur: 'precibusque minas regaliter addit \| ', praefecto Romano Cor. attribuit, cum dicit Ioh. IV 342 sq.: 'bonitate refovi, saepe minas addens'.

Nulla fere verborum, sed sententiae similitudine conspicua hi loci inter se cohaerent:

Met. II 368 Qui tibi materno quamvis a sanguine iunctus, | mente tamen . . propior fuit	Ioh. IV 511 Ille animo Romanus erat nec sanguine longe | .

Possum multos praeterea Corippi locos indicare qui num e Metamorphoseon versibus originem traxerint dubitari potest: sed sit finis aliquando quaestioni Ovidianae. Hoc unum addo eorum

quos protuli locorum multo maiorem numerum commentatores Corippi effugisse: sane ea est tota fere apud Corippum imitatio Ovidiana, ut in singulis versibus versetur nec per longiorem versuum seriem pateat.

Ex eis poematis quae sub Ovidi nomine olim ferebantur Nucis elegia nec tanto honore plane indigna videtur nec ab Ovidiana aetate longe remota (cf. Wilamowitz. in Commentationibus in honor. Th. Mommseni 390). Eam nostro non ignotam fuisse non multis quidem, sed satis gravibus indiciis probatur. Cf.:

Nuc. 65 Sole licet siccaque siti peritura laborem | (Ov. Met. I 119 siccis aer fervoribus ustus |)	Ioh. VI 356 hinc sicca sitis fervorque famesque | . .
Nuc. 41 tutum carpit inanis iter	Ioh. VII 2 iam tutum carpebat iter

(Eadem dictio in disticho quodam sub Vergili nomine vulgato Anthol. Lat. 261, 2 R. invenitur, cuius tamen Corippum illo loco memorem fuisse minus veri simile est.)

Leviora argumenta:

Nuc. 165 causa pericli |	= Ioh. IV 737
(ib. 169 Nec vitare licet fera vulnera	Ioh. VII 383 venientia vulnera vitant | cf. IV 16)
ib. 182 Sic coeptum perficiatis iter |	Iust. II 66 perfice coepta |

Sapphus epistulam, quae iniuria inter Ovidianas epistulas recepta est, Corippo cognitam fuisse certis argumentis demonstrari nequit. Sed nescio utrum futuri sint quibus haec exempla sufficiant:

Sapph. ep. 137 Antra nemus(que)	= Ioh. VI 42
ib. 19 Atque aliae centum	Iust. I 12 Centum aliae species.

In Grati Cynegeticon reliquiis quod Corippum mutuatum esse dicerem non repperi.

Contra e Manili astronomico carmine tam eleganti quam docto noster nonnulla sua fecit. Cf.:

Manil. I 416 contorquet lumina vultu |	Ioh. I 246 contorquens lumina flammis | (cf. 251 c. l. monstris |)
453 Quae Notia antiqui dixerunt sidera vates | IV 848 ecliptica signa Dixere antiqui (cf. Claud. bell. Gild. 508 Insula. Sardiniam veteres dixere coloni |)	Ioh. I 568 quos nomine portus | . . Caput dixere Vadorum Antiqui nautae
594 per quinque notat signantes tempora fines | . 605 Tempora signantes anni caelumque . . | Quattuor in partes divisum	Iust I 17 Tempora continui signantes quattuor anni | (cf. infra p. 42.)
655 quaecumque vagae tulerint vestigia plantae, | .	Ioh. I 417 primis figens vestigia plantae |
II 348 circulus ambit (cf. Ov. Met. II 516 circulus axem | 517 . . ambit |)	= Ioh. II 127
V 169 Per totum . . . vagas corpus disponere palmas | Ut teneat tantos orbes . . 172 Invigilant curis (si cum Bentleio legimus): somnos industria vincit: Otia per varios exercent dulcia lusus | .	Iust. III 141 causas disponere mundi | 140 Tot latos populos . . 139 Invigilant animi, quibus est pia cura regendi | 138 Sed non in segnes solverunt pectora somnos | :

(cf. Sil. Ital. X 330 Sed mens invigilat curis). Consensus sicut rei ita verborum perspicuus est. — Denique iam p. 9 memoravi Corippum Iust. IV 14 sqq. praeter Vergili Georgica fortasse ad Manili locum II 773 sqq. spectasse; cf. inprimis:

II 777 Pellitur omne loco volucrum genus, omne ferarum | Antiquasque domos et nota cubilia linquunt | .	Iust. IV 23 nidis volucres fugere relictis, | Horrescunt sua lustra ferae dulcesque latebras | Linquunt 26 cubilia, 27 per antiquas . . silvas.

Germanicus, Phaedrus, Seneca, Persius, poetae aetate inter se proximi, diverso carminum genere quantum inter se ipsos tantum a Corippo distant. Neque is illorum sectatorem se praebet: quanquam quin hoc illudve simili modo enuntiaret, fieri non potuit. Cuiusmodi dictiones, quibus ut cum Seneca congrueret casu accidere potuit, sunt hae:

Sen. Herc. fur. 548 L.: Audax ire vias **irremeabiles** | . (cf. Verg. Ae. V 591 irremeabilis error | ; **Auson. Ephem.** Orat. 23 iter aeternae . . remeabile vitae |)	Ioh. IV 144 Non ille periclum, | non mortem metuens iter irremeabile transit | .
ib. 847 magna comitante turba	**ib. 71 turba comitante**
